[II, 1.3] Ligna aecclesiae non debent ad aliud opus coniungi nisi ad ecclesiam aliam uel igni conburenda uel ad profectum in monasterio fratribus uel coquere cum eis panes licet et talia in laicata opera non debent procedere

<sup>136</sup> The reading is *dicit*<sup>2</sup>, as if *dicitus*.

<sup>137</sup> Another hand has corrected to *domos*.

<sup>138</sup> The original reading was *abieciant*<sup>2</sup>, as if *abieciantus*. Corrected (via erasure) to *abiciant*<sup>2</sup>.

<sup>139</sup> Another hand has corrected to *penitentia*.

<sup>140</sup> Another hand has corrected to *unoquoque*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 1.4] In ecclesia in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur<sup>141</sup> sanctificare altare non licet sed si apta uidetur ad consecrandum inde euulsa et rasis uel lotis lignis eius reaedificetur.<sup>142</sup>

[II, 1.5] Si autem consecratum prius fuit missas in eo caelebrare licet si relegiosi ibi sepulti sunt.

Si uero paganus sit mundare et iactare foras melius est.

[II, 1.6] Gradus non debemus facere ante altare.

[II, 1.7] Reliquiae sanctorum uenerandae sunt [II, 1.8] si potest fieri cande[l]la<sup>143</sup> ardeat ibi per singulas noctes.

Sin autem paupertas loci non sinet non nocet eis [II, 1.9] incensum domini<sup>144</sup> incendatur

In natale sanctorum pro reuerentia diei quia ipsi s[ecundum]<sup>145</sup> lilia dederunt odorem suauitatis et aspererunt ecclesiam primitus iuxta altare

[II, 1.10] Laicus non debet in ecclesiis lectionem recitare [f. 16v] nec alleluia dicere sed psalmos tantum et responsoria sine alleluia. [II, 1.11] aqua benedicta domus suas aspergent quotiens uoluerint qui habitent in eis et quando consecraueris aquam primum orationem facis;

## **XVII. DE TRIBVS GRADIBVS ECCLESIAE PRINCIPALIBVS**

[II, 2.1] Episcopo licet in campo confirmare si necesse sit [II, 2.2] Similiter praesbitero missas agere

Si daiconus uel presbiter uel ipse calicem et oblationem in manibus tenuerit

[II, 2.3] Episcop[o]<sup>146</sup> non debet abba[s]<sup>147</sup> cogere ad sinodum ire nisi etiam aliqua rationabilis causa sit

<sup>141</sup> The reading is *sepeliunt*<sup>9</sup>, as if *sepeliuntus*.

<sup>142</sup> The reading is *reaedificet*<sup>9</sup>, as if *reaedificetus*.

<sup>143</sup> Corrected (via erasure) to *candela*. Less likely the original reading was *candeda*.

<sup>144</sup> Another hand has corrected to *domino*.

<sup>145</sup> Another hand has corrected to *sicut*. The original reading *secundum* is according to Finsterwalder. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 2.4] Episcopi dispensa[s in]<sup>148</sup> causas pauperum usque ad. L. solidos

Rex uero si plus est [II, 2.5] episcopus et abbas. hominem sceleratum. seruum possunt habere si praetium redimendi non habet

[II, 2.6] Episcopo licet uotum soluere si uult

[II, 2.7] Praesbitero soli licet missas facere et populum benedicere in parasceue et crucem sanctificare

[II, 2.8] Praesbiter decimas dare non cogitur

[II, 2.9] Praesbitero non licet peccatum episcopi prodere quia super eum est

[II, 2.10] Sacrificium non est accipiendum de manu [f. 17r] sacerdotis. Qui orationes uel lectiones secundum ritum implere non potest [II, 2.11] praesbiter si responsoriu[s]<sup>149</sup> cantat in missa uel quicumque cappam suam non tollat sed et e[\*\*\*\*\*]<sup>150</sup> legens super humeros ponat

[II, 2.12] Praesbiter fornicans si postquam conpertum tum fuerit babtizauerit iterum babtizentur illi quos babtizauit.

[II, 2.13] Si quis presbiter ordinatus depraehendit se non esse babtizatum babtizetur et ordinetur iterum

Et omnes quos prius babtizauit babtizentur<sup>151</sup>

[II, 2.14] Diaconi cum grecis non frangunt panem sanctum

Nec collectionem dicunt uel dominus uobiscum uel completas.

[II, 2.15] Non licet diacono laico penitentiam dari sed episcopu[m]<sup>152</sup> aut praesbiter dare debet.

---

<sup>146</sup> Another hand has corrected to *episcopus*.

<sup>147</sup> Another hand has corrected to *abbatem*.

<sup>148</sup> Another hand has corrected to *dispensant*.

<sup>149</sup> Another hand has corrected to *responsorium*.

<sup>150</sup> Another hand has corrected to *euangelium*.

<sup>151</sup> The reading is *babtizent*<sup>9</sup>, as if *babtizentus*.

<sup>152</sup> Another hand has corrected to *episcopus*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 2.16] Diaconi possunt bapuzare et cibum et potum benedicere Non panem dare similiter monachi et clerici possunt benedicere cibum.<sup>153</sup>

## XVIII. IN ORDINATIONE DIVERSORVM

[II, 3.1] In ordinatione episcopi debet missa cantare ab ipso episcopo ordinante.

[II, 3.2] In ordinatione presbiteri uel diacon[\*\*]<sup>154</sup> oportet episcopo missas caelebrare [\*\*\*\*\*]<sup>155</sup> [secundum]<sup>156</sup> greci solent in electione abbatis agere uel abbatissae. [f. 17v]

[II, 3.3] In monachi uero ordinatione abba[ti]s<sup>157</sup> debet missas agere et III orationes s[e\*\*\*\*\*]r<sup>158</sup> capu[d]<sup>159</sup> eius complere et VII dies uele[a]t<sup>160</sup> capu[d]<sup>161</sup> suum coculla sua et septima die abbas tollat uelamen s[ecundum]<sup>162</sup> in ba[b]tismo<sup>163</sup> praesbiter solet uelamen infantum auferre ita et abbas debet monacho quia secundum ba[b]tismum<sup>164</sup> est iuxta iudicium patrum in quo omnia peccata demittuntur<sup>165</sup> sicut in ba[b]tismo<sup>166</sup>

[II, 3.4] Praesbiter potest abbatissam consecrare cum missae caelebratione [II, 3.5] in abbatis. uero. ordinatione episcop[o]<sup>167</sup> debet missam agere et eum benedicere;

Inclinato capite cum duobus uel tribus testibus de fratribus suis et dat ei baculum et pedules. [II, 3.6] Sanctaemoniales autem et basilicę cum missa semper debent consecrare.

<sup>153</sup> Another hand has added HUCUSQUE DIFFINITIONES PATRUM. DEIN PROPRIE GREGORII OS AUREI in the upper margin.

<sup>154</sup> Another hand has corrected to *diaconi*.

<sup>155</sup> A word or two has been erased.

<sup>156</sup> Another hand has corrected to *sicut*. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc̄*.

<sup>157</sup> Another hand has corrected to *abbas*.

<sup>158</sup> Another hand has corrected to *super*.

<sup>159</sup> Another hand has corrected to *caput*.

<sup>160</sup> Another hand has corrected to *uelet*.

<sup>161</sup> Another hand has corrected to *caput*.

<sup>162</sup> Another hand has corrected to *sicut*. The original reading *secundum* is according to Finsterwalder. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc̄*.

<sup>163</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>164</sup> Another hand has corrected to *baptismum*.

<sup>165</sup> The reading is *demittunt<sup>2</sup>*, as if *demittuntus*.

<sup>166</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>167</sup> Another hand has corrected to *episcopus*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 3.7] Greci simul benedicunt uiduam et uirginem et utramque abbatissam elegunt

Romani autem non uelant uiduam cum [et]<sup>168</sup> uirgine[m]<sup>169</sup> [II, 3.8] secundum grecos praesbitero licet uirginem sacro uelamine consecrare et reconciliare penitentem et facere oleum exorcizatum et infirmis crismam si necesse est secundum romanos autem non licet nisi episcopum solu[s]<sup>170</sup>

### XVIII. DE [A]B[B]ATISMATE {BAPTISMATE *corr.*} ET CONFIRMATIONE [f. 18r]

[II, 4.1] In ba[b]tismate<sup>171</sup> peccata demittuntur non coniunctiones mulierum quia filii qui ante ba[b]tismum<sup>172</sup> sic et post eorum fiunt.

[II, 4.2] Si uero non putatur<sup>173</sup> uxor esse quae ante ba[b]tismum<sup>174</sup> ducta ergo nec filii ante generati pro filiis habentur nec inter se fratres. uocari uel hereditatis consortes fieri possunt.

[II, 4.3] Si quis gentilis elimosinam faceret et abstinentiam haberet

Et alia bona quae enumerare non posunt<sup>175</sup> numquid ea in ba[b]tismo<sup>176</sup> perdidit. Non nam bonum aliquod non perdet sed malum abluet

Hoc innocentius papa de catecomino cornili<sup>177</sup> gesta {cf. Act 10:1–47} pro exemplo ponens adfirmavit

[II, 4.4] Gregorius na[ta]zenus<sup>178</sup> dicit secundum ba[b]tismum<sup>179</sup> esse lacrimarum [II, 4.5] nullum p[er]fectum<sup>180</sup>

<sup>168</sup> Et has been erased.

<sup>169</sup> Corrected (via erasure) to *uirgine*.

<sup>170</sup> Another hand has corrected to *solum*.

<sup>171</sup> Another hand has corrected to *baptismate*.

<sup>172</sup> Another hand has corrected to *baptismum*.

<sup>173</sup> The reading is *putat*<sup>9</sup>, as if *putatus*.

<sup>174</sup> Another hand has corrected to *baptismum*.

<sup>175</sup> Another hand has corrected to *possunt*.

<sup>176</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>177</sup> Another hand has corrected to *cornilii*.

<sup>178</sup> Another hand has corrected to *nazanzenus*.

<sup>179</sup> Another hand has corrected to *baptismum*.

<sup>180</sup> Another hand has corrected to *profectum*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[\*]redimus<sup>181</sup> in ba[b]tismo<sup>182</sup> sine confirmatione episcopi non desperamus tamen [II, 4.6] in niceno sinodo crisma fuit constitutum

[II, 4.7] Pannus crismatis iterum sequitur alium ba[b]tizatum<sup>183</sup> inponi non obs[or]dum<sup>184</sup> [II, 4.8] in catecomino cornili<sup>185</sup> gesta et ba[b]tismate<sup>186</sup> et confirmatione unus potest esse pater si necesse est non est tamen consuetudo sed per singula singuli suscipiunt. [f. 18v]

[II, 4.9] Non licet alium suscipere qui non est. ba[b]tizatus<sup>187</sup> uel confirmatus.

[II, 4.10] Uiro autem licet feminam suscipere in ba[b]tismo<sup>188</sup>

Similiter et feminae uirum suscipere [II, 4.11] non licet ba[b]tizatis<sup>189</sup> cum caticominis<sup>190</sup> manducare neque osculum eis dare quanto magis gentilibus;

## XX. DE MISSA DEFVNCTORVM

[II, 5.1] Secundum romanam ecclesiam mos est monachos uel homines relegios[us]<sup>191</sup> defunctos in ecclesia portare et cum crisma ungere pectora eorum ibique pro eis missas caelebrare

Deinde cum cantatione portare ad sepulturas et cum positi fuerint in sepulcra<sup>192</sup> funditur pro eis oratio.

Deinde humo uel petra operiuntur [II, 5.2] prima.<sup>193</sup> III et nona necnon et XXXma die pro eis missa agatur

<sup>181</sup> Another hand has corrected to *credimus*.

<sup>182</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>183</sup> Another hand has corrected to *baptizatum*.

<sup>184</sup> Another hand has corrected to *obsurdum*.

<sup>185</sup> *Cornili gesta* has been cancelled.

<sup>186</sup> Another hand has corrected to *baptismate*.

<sup>187</sup> Another hand has corrected to *baptizatus*.

<sup>188</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>189</sup> Another hand has corrected to *baptizatis*.

<sup>190</sup> Another hand has corrected to *catecominis*.

<sup>191</sup> Another hand has corrected to *relegiosos*.

<sup>192</sup> Another hand has corrected to *sepulchra*.

<sup>193</sup> Another hand has added *die* above the line.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Et exinde post annum si uoluerint seruatur

[II, 5.3] Pro defuncto monacho missa agatur die sepulturae eius et die tertia postea quantas uoluerit abbas

[II, 5.4] Missae q[uo]d[uo]d<sup>194</sup> monachorum fieri per singulas septimanas nomina recitare mos est

[II, 5.5] Missae uero saecularium mortuorum III. in anno [f. 19r] tertia die et nona die et XXXma. quia resurrexit dominus tertia die et nona. hora emisit spiritum {Mt 27:50}

Et XXX dies planxerunt filii israel<sup>195</sup> {cf. Dt 34:8}

[II, 5.6] Pro laico bono III die missa fiat pro penite[\*\*\*]<sup>196</sup> XXX die uel. VIIa. post ieiunium quia et propinquos eius oportet ieiunare VII dies et oblationes offerre ad altare

Secundum<sup>197</sup> in iesu filii sirach. legitur et pro saul filii israel ieiunauerunt {cf. 2 Sm 1:12}

Postea quantas uoluerit praesbiter

[II, 5.7] Multi dicunt non licere pro infantibus missas facere ante VII. annos sed tamen licet

[II, 5.8] Dionisius ariopagita dicit blasphemias deo facere qui missas offert pro malo homine.

[II, 5.9] Agustinus dicit pro omnibus christianis esse faciendum quia uel eis proficit aut offerentibus aut petentibus consolatur

[II, 5.10] Non est licitum missas caelebrare uel diacono cui non licet uel non uult communionem accipere.

## XXI. DE ABBATIBVS ET MONACHIS VEL MONASTERIO

<sup>194</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>195</sup> Another hand has added *moysen* on the line.

<sup>196</sup> Another hand has corrected to *penitente*.

<sup>197</sup> Another hand has added *quod* on the line.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 6.1] Abbas potest pro humilitate cum permissione episcop[um]<sup>198</sup> locum suum derelinquere

Tamen fratres elegant sibi abbatem de ipsis si habent

Sin autem de extraneis [II, 6.2] ne[\*\*\*\*]<sup>199</sup> episcopu[m] debet uiolenter retinere abbatem in loco suo [f. 19v]

[II, 6.3] Congregatio debet sibi elegere abbatem post mortem eius aut eo uiuente.

Si ipse discesserit uel peccauerit [II, 6.4] ipse non potest aliquem ordinare de suis propinquis neque<sup>200</sup> alienis neque alio abbati dare sine uoluntate fratrum

[II, 6.5] Si uero peccauerit abba[tis]<sup>201</sup> nec episcopi<sup>202</sup> licet tollere possessionem monasterii quamuis peccauerit abba[\*\*\*]<sup>203</sup> sed mittat eum in aliud monasterium in potestatem alterius abbatis

[II, 6.6] Non licet abbati[\*] neque episcopi<sup>204</sup> terram ecclesiae uertere ad aliam quamuis ambae in potestate eius sint.

Si mutare uult terram ecclesiae uertere<sup>205</sup> ad aliam. faciat cum consensu amborum.

[II, 6.7] Si quis uult monasterium suum in alium locum ponere faciat cum consensu episcopi et fratrum suorum et demittat in priori loco praesbiterum [h]ac<sup>206</sup> ministeria aecclesiae

[II, 6.8] Non licet uiris feminas. habere monachas neque feminis uiros

Tamen nos non destruamus illud. quia consuetudo est in hac terra.

[II, 6.9] Monacho non licet uotum uouere sine consensu abbatis sin minus frangendum est

---

<sup>198</sup> Another hand has corrected to *episcopi*.

<sup>199</sup> Another hand has corrected *ne[\*\*\*\*]episcopu[m]* to *nec episcopus*.

<sup>200</sup> Another hand has added *de* in the margin.

<sup>201</sup> Another hand has corrected to *abbas*.

<sup>202</sup> Another hand has corrected to *episcopo*.

<sup>203</sup> Another hand has corrected to *abbas*.

<sup>204</sup> Another hand has corrected to *episcopo*.

<sup>205</sup> *Uertere ad aliam* has been erased.

<sup>206</sup> Another hand has corrected to *ac*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 6.10] Abbas si habuerit monachum dignum [f. 20r] episcopatu debet dari. si necesse est.

[II, 6.11] Puero non licet iam nubere praelato ante monachi uoto

[II, 6.12] Si quis monachis quem elegerit congregatio ut ordinetur eis in gradum praesbiteri<sup>207</sup> non debet demittere priorem conuersionem suam.

[II, 6.13] Si autem postea inuentus fuerit aut superbus aut inoboediens uel uitiosus et in meliori perorem<sup>208</sup> uitam quaerit deponatur<sup>209</sup> et in ultimum locum constitutus aut satisfactione emendauerit

[II, 6.14] In potestate et libertate monasterii est. susceptio infirmorum in monasterium

[II, 6.15] In libertate q[\*\*\*]<sup>210</sup> est monasterii labandi pedes laicorum nisi in cena domini non coguntur.

[II, 6.16] Necnon libertas monasterii est penitentiam saecularibus iudicandam quia propriae clericorum est.

## XXII. DE RITV MVLIERVM VEL MINISTERIO IN ECCLESIA

[II, 7.1] Mulieres non uelant altare cum corporali nec oblationes super altare nec calicem ponant neque stent inter ordinatus<sup>211</sup> in ecclesia[m]<sup>212</sup> neque in conuiuio sedeant inter sacerdotes.

[II, 7.2] Mulieri non est licitum alicui penitentiam i[n]dicare<sup>213</sup> [f. 20v]

Quia in canone nulli licitum est nisi solis sacerdotibus

[II, 7.3] Mulieres possunt sub nigro uelamine. accipere sacrificium ut basilii iudicauit

<sup>207</sup> Another hand has corrected to *praesbiterii*.

<sup>208</sup> Another hand has corrected to *peiolem*.

<sup>209</sup> The reading is *deponat*<sup>2</sup>, as if *deponatus*.

<sup>210</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>211</sup> Another hand has corrected to *ordinatus*.

<sup>212</sup> Another hand has corrected to *ecclesia*.

<sup>213</sup> Another hand has corrected to *iudicare*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 7.4] Mulier[es]<sup>214</sup> potest oblationes facere secundum grecos non secundum romanos

### XXIII. DE MORIBVS GRECORVM ET ROMANORVM

[II, 8.1] In dominica greci et romani nagant {nauigant *corr.*} et aequitant panem non faciunt neque in curru pergunt nisi ad ecclesiam tantum nec balneant se.

[II, 8.2] Greci in dominica non scribunt pu[p]lice<sup>215</sup>

Tamen pro necessitate seorsum in domo scribunt.

[II, 8.3] Greci et romani dant seruis suis uestimenta et laborant sine dominico die.

[II, 8.4] Grecorum monachi seruos non habent romanorum habent

[II, 8.5] In illa die ante natale domini hora nona expleta missa id est in uigilia domini manducant romani

Greci uero dicta uespera et missa cenant [II, 8.6] de peste mortalitatis

Greci et romani dicunt ipsos infirmos uisitare debere ut ceteros infirmos secundum<sup>216</sup> dominus praecepit {cf. Mt 25:36/43}

[II, 8.7] Greci carnem morticinorum non dant porcis pelles tamen [f. 21r] uel coria ad calciamenta licent et lana et cornua accipere licet.

Non in aliquod sanctum; [II, 8.8] lauacrum capitis potest in dominica esse et in lexiua pedes lauare licet

Sed consuetudo romanorum non est. haec lauatio pedum.

<sup>214</sup> Corrected (via erasure) to *mulier*.

<sup>215</sup> Another hand has corrected to *publice*.

<sup>216</sup> Another hand has added *quod* on the line.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

### XXIII. DE COMMONE SCOTTORUM ET BRITTORVM QUI IN PASCHA ET TONSVRA NOSCVNTR

[II, 9.1] Qui ordinati sunt á scottorum uel brittorum epis[ō]<sup>217</sup> qui in pascha uel tonsura catholici non sunt adunati. ecclesiae.

[II, 9.2] Iterum a catholico episcopo manus inpositione confirmentur similiter et ecclesiae quae ab ipsis episcop[\*]<sup>218</sup> ordinantur. aqua exorcizata aspergantur et aliqua collectione confirmentur

[II, 9.3] licentiam quo[d]qu[od]<sup>219</sup> non habemus eis poscentibus crismam uel eucharistiam dare nisi ante confessi fuerint uelle nobiscum esse in unitate ecclesiae et qui ex hor[a]m<sup>220</sup> similiter gente [\*\*\*\*\*]cumque<sup>221</sup> de ba[b]tismo<sup>222</sup> suo dubitauerit ba[b]tizetur.<sup>223</sup>

### XXV. DE VEXATIS A DIABVLO

[II, 10.1] Si homo uexatus est a diabulo et nescit aliquid nisi ubique discurrere et occidit semetipsum quacumque causa potest ut oretur<sup>224</sup> pro eo. [f. 21v]

Si ante relegiosus erat [II, 10.2] si pro desperatione aut pro timore aliquo aut pro causis incognitis deo relinquemus<sup>225</sup> hoc iudicium et non ausi sumus orare pro eo

[II, 10.3] Qui seipsum occiderit propria uoluntate missas pro eo facere non licet. sed tantum orare et elemosinas largire

[II, 10.4] Si quis christianus subita temptatione mente sua exciderit uel per insaniam seipsum occiderit quidam pro eo missas faciunt; [II, 10.5] demonium sustinenti licet petras uel holera habere sine incantatione;

<sup>217</sup> Another hand has corrected to *episcopis*.

<sup>218</sup> Another hand has corrected to *episcopis*. The original reading was probably *episcopo*.

<sup>219</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>220</sup> Another hand has corrected to *horum*.

<sup>221</sup> Another hand has corrected to *Uel quicumque*.

<sup>222</sup> Another hand has corrected to *baptismo*.

<sup>223</sup> Another hand has corrected to *baptizetur*. The original reading is *babtizet<sup>2</sup>*, as if *babtizetus*.

<sup>224</sup> The reading is *oret<sup>2</sup>*, as if *oretus*.

<sup>225</sup> Another hand has corrected to *relinquimus*.

**XXVI. DE USV VEL ABIECTIONE**

[II, 11.1] Animalia quae a lupis seu canibus lacerantur<sup>226</sup> non sunt comedenda nec ceruus nec capra

Si mortui inuenti fuerint nisi forte ab homine adhuc uiua occid[e]ntur<sup>227</sup> prius sed porcis et canibus dentur

[II, 11.2] Aues uero et animalia cetera si in retibus strangulantur non sunt comedenda hominibus

Nec si accipiter oppraesserit si mortua inueniuntur quia quattuor capitula actus apostolorum praecipiant abstinere á fornicatione á sanguine et suffucato et idolatria. {cf. Act 15:29}

[II, 11.3] Pisces licet comedere [f. 22Ar] quia alterius nature sunt. [II, 11.4] Equum non prohibent tamen consuetudo non est comedere

[II, 11.5] Leporem licet comedere et bonum est prodes<sup>228</sup> [\*\*]teria et fel eius miscendum est cum piper[o]<sup>229</sup> pro dolore.

[II, 11.6] Apes si occidunt hominem ipsae quo[d]q[uo]d<sup>230</sup> occidi debent festinanter mel. tamen manducetur

[II, 11.7] Si ca[s]su<sup>231</sup> porci comedent carnem morticinorum aut sanguinem homin[um]<sup>232</sup> non<sup>233</sup> abiciendos credimus nec gallinas.

Ergo porci qui sanguinem hominis gustant manducentur

<sup>226</sup> The reading is *lacerant*<sup>o</sup>, as if *lacerantus*.

<sup>227</sup> Another hand has corrected to *occidantur*.

<sup>228</sup> Another hand has corrected *prodes [\*\*]teria* to *pro desinteria*.

<sup>229</sup> Another hand has corrected to *pipere*.

<sup>230</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>231</sup> Another hand has corrected to *casu*.

<sup>232</sup> Another hand has corrected to *hominis*.

<sup>233</sup> Another hand adds *eos* above the line.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 11.8] Sed qui cadauera mortuorum lacerantes manducauerunt carnem eorum manducare non licet usque dum macerentur

Et post anni circulum.

[II, 11.9] Animalia coitu hominis pulluta occidantur

Carnesque canibus proiciantur sed quod generant sit in usu et coria adsumantur ubi {ubi *corr.*} autem dubium est non occidantur.

## XXVII. DE QUESTIONIBVS CONIVGIORVM

[II, 12.1] Qui in matrimonio sunt III. noctes absteneant se a coniunctione antequam communicent [II, 12.2] uir absteneat se ab uxore sua XL dies ante pascha usque in octabas paschae Inde ait apostolus ut uacetis orationi. {1 Cor 7:5} [f. 22Av]

[II, 12.3] Mulier III menses debet se abstinere a uiro suo quando concepit ante partum

Et post tempore purgationis hoc est XL diebus et noctibus siue masculum siue feminam genuerit.

[II, 12.4] Mulieri licet quo[d]qu[od]<sup>234</sup> per omnia ante communicare quando debet peperire

[II, 12.5] Si cuius uxor fornicata fuerit licet demittere eam et aliam accipere hoc est si uir demiserit [\*\*]<sup>235</sup> uxorem suam propter fornicationem

Si prima fuerit licitum est ut aliam accipiat uxorem illa uero si uoluerit penitere peccata sua post quinque annos alium uirum accipiat.

[II, 12.6] Mulieri non licet uirum demittere licet sit fornicator nisi forte pro monasterio

Basiliius hoc iudicauit [II, 12.7] legitimum coniugium non licet separari sine consensu amborum

[II, 12.8] potest tamen alter alteri licentiam dare abcedere<sup>236</sup> ad seruitutem dei in monasterium et sibi nubere

<sup>234</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>235</sup> A word has been erased.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Si in primo conubio erit secundum grecos

Et tamen non est canonicum sin autem in secundo non licet uiuente uiro. uel uxore

[II, 12.9] Maritus si seipsum in furtu aut in fornicatione seruum facit uel quocumque peccato

Mulier si prius non habuit coniugium habet potestatem post annum alterum [f. 22Br] accipere uirum.

Digamo non licet [II, 12.10] muliere mortua licet uiro post mensem alteram accipere mortuo uiro post annum licet mulieri alterum tollere uirum

[II, 12.11] Mulier si adultera est et uir eius non uult habitare cum ea

Si uult illa monasterium intrare quartam partem suae hereditatis obteneat si non uult nihil habeat.

[II, 12.12] Quaecumque mulier adulterium perpetravit in potestate uiri est si uellit reconciliar[e]<sup>237</sup> mulieri adulterae

Si reconciliauit in clero non proficit. U<sup>238</sup> Indicta illius ad proprium uirum pertinet

[II, 12.13] Uir et mulier in matrimonio si ille uoluerit deo seruire et illa noluerit aut illa uoluerit et ille noluerit uel infirmatus ille

Aut illa infirmata fuerit tamen omnino cum consensu amborum separentur.<sup>239</sup>

[II, 12.14] Mulier quae uouet ut post mortem uiri eius non accipiat alium.

Et mortuo illo praeuaricatrix accipiat alium

Iterumque nupta cum eo penitentia mota implere uult uota sua. In potestate uiri eius est utrum impleat an [non]<sup>240</sup>

---

<sup>236</sup> Another hand has corrected to *abscedere*.

<sup>237</sup> Corrected (via erasure) to *reconciliari*.

<sup>238</sup> Another hand has corrected *U indicta* to *uindicta*.

<sup>239</sup> The reading is *separent*<sup>2</sup>, as if *separentus*. Another hand has corrected to *separent*<sup>2</sup>.

<sup>240</sup> This word has been erased.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Non [II, 12.15] ergo uni licentiam dedit theodorus quae confessa est uotum post XI. annos nubere cum illo uiro.

[II, 12.16] Et si quis in saeculari habitu. uotum uouerit sine consensu episcopi. [f. 22Bv] ipse episcopus habet potestatem eius m[ot]are<sup>241</sup> sententiam si uult.

[II, 12.17] Legitimum coniugium aequaliter licet in die et in nocte

Secundum<sup>242</sup> scriptum est tuus est dies et tua est nox {Ps (LXX) 73:16}

[II, 12.18] Si quis demiserit gentil[e]s<sup>243</sup> gentilem uxorem post baptismum in potestate eius erit habere eam uel non habere [II, 12.19] simili modo si unus eorum baptizatus erit. alter gentil[e]s<sup>244</sup> secundum<sup>245</sup> apostolos dixit. Infidel[e]s<sup>246</sup> autem si discedat<sup>247</sup> {1 Cor 7:15} ergo cuius uxor est infidelis et gentilis et non potest conuerti dimittatur.

[II, 12.20] Si mulier discesserit a uiro suo dispiciens eum nolens reuertere et reconciliare uiro post. U. annos cum consensu episcopi. aliam accipere licebit uxorem.

[II, 12.21] Si in captiuitatem per uim ducta redemi non potest post annum potest alteram accipere

[II, 12.22] Item si in captiuitatem ducta fuerit uir eius. U. annos expectet similiter autem et mulier si uiro talia contigerint

[II, 12.23] Si igitur uir alteram duxerit uxorem priorem de captiuitate reuersam accipiat poteriorem {posteriorem *corr.*} demittat similiter autem illa s[ecundum]<sup>248</sup> superius diximus

Si uiro talia contigerint faciat [f. 23r]

<sup>241</sup> Another hand has corrected to *mutare*.

<sup>242</sup> Another hand has added *quod* above the line.

<sup>243</sup> Corrected (via erasure) to *gentilis*.

<sup>244</sup> Corrected (via erasure) to *gentilis*.

<sup>245</sup> Another hand has added *quod* above the line.

<sup>246</sup> Corrected (via erasure) to *infidelis*.

<sup>247</sup> Another hand has corrected to *discedit discedat*

<sup>248</sup> Another hand has corrected to *sicut*. The original reading *secundum* is according to Finsterwalder. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 12.24] Si cuius uxorem hosti[is]<sup>249</sup> abstulerit et ipse eam iterum adipisci. non potest licet aliam accipere

Melius est sic facere quam fornicationes

[II, 12.25] Si iterum post haec uxor illa uenerit ad eum. non debet recipi abe[a]o. {ab eo *corr.*} si aliam habet sed illa tollat alium uirum sibi. si unum ante habuerat. eadem sententia stat. de seruis transmarinis [II, 12.26] in tertia propinquitate carnis licet nubere secundum grecos s[ecundum]<sup>250</sup> in lege scriptum est. in. V. secundum romanos tamen in. III. non soluunt postquam factum fuerit

Ergo in. Va. generatione coniungantur. IIII.<sup>251</sup> si inuenta fuerint non separentur. III.<sup>252</sup> separentur. [II, 12.27] In tertia propinquitate.

Non licet uxorem alterius accipere po[te]st<sup>253</sup> obitum eius [II, 12.28] aequaliter coniungitur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris

[II, 12.29] Duo q[uod]q[uod]<sup>254</sup> fratres duas sorores in coniugio possunt habere et pater filiusque matrem et filiam

[II, 12.30] Maritus qui cum uxore sua dormierit lauet se antequam intrauerit ecclesiam

[II, 12.31] Maritus q[uod]q[uod]<sup>255</sup> non debet uxorem suam nudam uidere

[II, 12.32] Si quis nuptias habet uel matrimonia non licita [f. 23v]

Tamen licitum est escam quam habent manducare quia propheta dixit

Domini est terra et plenitudo eius. {Ps 23:1} [II, 12.33] si mulier et uir coniuncxerint sé in matrimonio et postea dixerit mulier de uiro non posse nubere cum ea

<sup>249</sup> Another hand has corrected to *hostis*.

<sup>250</sup> Another hand has corrected to *sicut*. The original reading *secundum* is according to Finsterwalder. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc*.

<sup>251</sup> Another hand has corrected to *IIII<sup>ta</sup>*.

<sup>252</sup> Another hand has corrected to *III<sup>o</sup>*.

<sup>253</sup> Another hand has corrected to *post*.

<sup>254</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>255</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Si quis poterit probare quod uerum sit. accipiat alium [II, 12.34] puellam disponsatam non licet parentibus dare alteri uiro nisi illa omnino resistat tamen ad monasterium licet ire si uoluerit.

[II, 12.35] Illa autem disponsata si non uult habitare cum illo uiro cui est disponsata reddatur ei pecunia quam pro ipsa dedit et III.<sup>256</sup> pars addatur<sup>257</sup>

Si autem noluerit perdat pecuniam quam pro illa dedit

[II, 12.36] Puella autem XVII. annorum sui corporis potestatem habet [II, 12.37] Puer usque ad XV annus<sup>258</sup> sit in potestate patris sui

Tunc ipsum potest monachum facere

Puella<sup>259</sup> uero XVI. uel XVII annorum quia ante in potestate parentum sunt post hanc aetatem patri filiam suam contra eius uoluntatem. non licet in matrimonium dare.

## **XXVIII. DE SERVIS ET ANC[\*]LLIS**<sup>260</sup>

[II, 13.1] **P**ater filium suum necessitate coactus potestatem habet tradere in seruitium UII annos no {nam *corr.*} [f. 24r] deinde sine uoluntate filii. licentiam tradendi non habet [II, 13.2] homo XIII annorum seipsum potest seruum facere

[II, 13.3] Non licet homini á seruo tollere pecuniam quam ipse labore suo adquaesierit

[II, 13.4] Si seruum et ancillam dominus amborum in matrimonium coniuncxerit postea liberato seruo uel ancilla

Si non potest redemi qui in seruitio est libero licet ingenuo coniungere

[II, 13.5] Si quis liber ancillam in matrimonio acciperit non habet licentiam demittere eam si ante cum consensu amborum coniuncti sunt

<sup>256</sup> Another hand has corrected to *III<sup>o</sup>*.

<sup>257</sup> The reading is *addat<sup>o</sup>*, as if *addatus*.

<sup>258</sup> Another hand has corrected to *annos*.

<sup>259</sup> Another hand has corrected to *puellæ*.

<sup>260</sup> Another hand has corrected to *ANCILLIS*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

[II, 13.6] Si prignantem mulierem quis liberam comparat liber est ex ea generatus

[II, 13.7] Qui ancillam prignantem liberat quem generat sit seruitutis.

## XXVIII. DE DIUERSIS QVAESTIONIBVS

[II, 14.1] Ieiunia legitima trea {sic} sunt in anno per populum XL<sup>261</sup> ante pascha. ubi decimas anni soluimus et XL ante natale domini et post pentecosten. XL dies et noctes.

[II, 14.2] Qui pro homine mortuo ieiunat seipsum adiuuat.

De mortuo autem dei solius est notitia [II, 14.3] de promissione sua laici non debent moram facere. [f. 24v] quia mors non tardat

[II, 14.4] Seruo dei nullatenus liceat pugnare multorum licet sit consili[o]<sup>262</sup> seruorum dei [II, 14.5] Infans pro infante potest dari. ad monasterium deo quamuis alium uo[b]is<sup>263</sup> se[d] tamen melius. est. uotum implere [II, 14.6] similiter pecora aequali praetio possunt m[o]tari.<sup>264</sup> si necesse sit.

[II, 14.7] Rex si alterius regis. terram habet potest dare pro anima sua

[II, 14.9] Inuentio in uia tollendo<sup>265</sup> est.

Si inuentus fuerit possessor. reddatur ei [II, 14.10] tributum ecclesiae sit secundum<sup>266</sup> consuetudo prouin[t]iae<sup>267</sup> id est ne tantum pauperes in decimis aut in aliquibus rebus uim patientur

[II, 14.11] Decimas non est legitimum dare. nisi pauperibus et peregrinis siue laici suas. ad ecclesiis [II, 14.12] pro reuerentia regenerationis in albas.

<sup>261</sup> Another hand has added *dies* above the line.

<sup>262</sup> Another hand has corrected to *consilium*.

<sup>263</sup> Another hand has corrected *uobis sed* to *uouisset*.

<sup>264</sup> Another hand has corrected to *mutari*.

<sup>265</sup> Another hand has corrected to *tollenda*.

<sup>266</sup> Another hand has added *quod* above the line.

<sup>267</sup> Another hand has corrected to *prouinciae*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Pentecosten orandum est ut {in *add. s.l.*} quinquagesima oratur.<sup>268</sup>

[II, 14.13] Oratio potest sub uelamine esse cum necessitas cogit.

[II, 14.14] Infirmis licet omni hora cibum et potum sumere quando desiderant uel possunt si oportune non possunt<sup>269</sup> [f. 25r]

### XXX. INTERROGATIO BEATI AGUSTINI EPISCOPI CONTRARIORVM

De episcopis qualiter cum suis clericis conuersentur uel de his quę fidelium oblationibus accedunt altario quantae debeant fieri portiones et qualiter episcopi agere in ecclesia debeant.

### XXXI. RESPONSIO SANCTI GREGORII PAPE VRBIS ROMAE

Sacra scriptura testatur quam bene te nosse non est dubium et specialiter beati pauli ad timotheum epist[o]la<sup>270</sup> in quibus eum erudire studiuit {sic} qualiter eum in domo dei debuisset conuersari

Mos autem sedis apostolicę est. ut ordinatis episcopi<sup>271</sup> praecepta traderent ut ex omni stipendio quod accedit.<sup>272</sup> IIII.<sup>273</sup> debeant fieri. portiones una uidelicet episcopo et familiae propter ospitalitatem atque susceptionem. alia clero III. pauperibus IIII ecclesiis. reparandis.

Sed quia tua fraternitas monasteriis regulis erudita seorsum uiuere non debet a clericis suis [f. 25v] in ecclesia ang[\*]lorum<sup>274</sup> quae auctore deo nuper adhuc ad fidem perducta est.

<sup>268</sup> The reading is *orat*<sup>2</sup>, as if *oratus*.

<sup>269</sup> Five lines (column b) have been left at the end of this page.

<sup>270</sup> Another hand has corrected to *epistulæ*.

<sup>271</sup> Another hand has corrected to *episcopis*.

<sup>272</sup> A large *t*, or possibly a crossed *s* or *l* (= *uel* ?) has been added above the line by the main scribe. The main scribe has replicated the same sign in the middle margin.

<sup>273</sup> Another hand has corrected to *IIII<sup>pr</sup>*.

<sup>274</sup> Corrected (via erasure) to *anglorum*. The original reading was probably *angulorum* or perhaps *angelorum*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Hanc debet conuersationem instituere quae initio nascentis ecclesiae fuit patribus nostris in quibus nullus eorum ex his quae possidebant aliquid suum esse dicebat sed erant eis omnia commonia. {Act 4:32}

Si qui uero clerici sunt extra ecclesia<sup>275</sup> sacros ordines constituti qui se continere non possunt sortire uxores debent et stipendia sua exterius accipere quia et de isdem patribus

De quibus praefati sumus nouimus scriptum quod diuidebatur singulis prout cuique opus erat. {Act 4:35}

De eorum q[uod]q[uod]<sup>276</sup> stipendio cogitandum atque prouidendum est et sub ecclesiastica regula sunt tenendi ut bonis moribus uiuant. et canendis psalmis inuigilent et ab omnibus inlicitis cor et linguam et corpus deo auctore conseruent.

Commoni autem uita uiuentibus iam de faciendis portionibus uel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit [f. 26r] loquendum cum omne quod spiritaliter est in causis piis ac relegiosis erogandum est domino magistro omnium docente quod superest date elymosinam et ecce omnia munda sunt uobis. {Lc 11:41}

### XXXII. INTERROGATIO AGUSTINI

Cum una sit fides sunt ecclesiarum diuersae consuetudines et alter consuetudo missarum in ecclesia romana [\*\*\*\*\*]<sup>277</sup> atque alter in galliarum ecclesiis tenetur.

### XXXIII. RESPONSIO GREGORII

Nouit fraternitas tua romanae ecclesiae consuetudine in qua se meminit nutritam ualde amabilem te habeat sed mihi placet ut si[b]i<sup>278</sup> in romana siue in galliarum siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere sollicite elegas

<sup>275</sup> *Ecclesia* has been cancelled.

<sup>276</sup> Another hand has corrected to *quoque*.

<sup>277</sup> A word or two has been erased.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Et in ang[\*]lorum<sup>279</sup> ecclesia quae adhuc noua est ad fidem institutione praecipua quam de multis ecclesiis collegere potuisti infundas non enim pro locis res sed pro bonis rebus loca amanda sunt.

[f. 26v] ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia quae re religiosa quae recta sunt elegerunt

Et haec quasi in fasciculum<sup>280</sup> collecta apud ang[\*]lorum<sup>281</sup> mentes in consuetudinem po[\*\*\*]<sup>282</sup>

### XXXIII. INTERROGATIO AGVSTINI

Obsecro quid pati debeat Si quis aliquid de ecclesia furtu abstulerit.

### XXXV. RESPONSIO GREGORII

Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest qualiter ualeat corrigi<sup>283</sup>

Sunt enim quidam qui habentes subsidia furtum perpetrant.

Et sunt alii qui hac in re ex inopia delinquant unde necesse est. ut quidam dampnis quidam uero uerberibus et quidam districtius quidam autem lenius corrigatur<sup>284</sup>

Et cum paulo districtius agitur ex caritate agendum est non ex furore quia ipsi hoc praestatur

Qui corrig[e]tur<sup>285</sup> né gehenne ignibus tradatur. Sic enim nos fidibus {fidelibus *corr.*} tenere disciplinam debemus s[ecundum]<sup>286</sup> boni patres [f. 27r] carnalibus filiis solent quos et pro culpis uerberibus feriunt et tamen ipsos quos doloribus adfligunt habere heredes quaerunt et quae possident ipsis seruant quos irati insequi uidentur Haec ergo caritas in mente tenenda est et ipsa

<sup>278</sup> Another hand has corrected to *siue*.

<sup>279</sup> Corrected (via erasure) to *anglorum*. The original reading was probably *angulorum* or perhaps *angelorum*.

<sup>280</sup> Another hand has corrected to *fasciculum*.

<sup>281</sup> Corrected (via erasure) to *anglorum*. The original reading was probably *angulorum* or perhaps *angelorum*.

<sup>282</sup> Another hand has corrected to *pone*. This correction perhaps made by the main scribe.

<sup>283</sup> Another hand has corrected to *corrigi*.

<sup>284</sup> The reading is *corrigat*<sup>2</sup>, as if *corrigatus*. Another hand has corrected to *corrigant*<sup>2</sup>.

<sup>285</sup> Corrected (via erasure) to *corrigitur*.

<sup>286</sup> Another hand has corrected to *sicut*. Here as elsewhere the scribe seems to have misunderstood the abbreviation *sc*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

modum correctionis dictat ita ut mens extra regulam rationis<sup>287</sup> quod de terrenis rebus uidetur ammittere et lucra de uanis quaerere.

### **XXXVI. INTERROGATIO AGVSTINI**

Si debeant duo germani fratres singulas sorores accipere quae sunt ab illis longa progenie generati[s]<sup>288</sup>

### **XXXVII. RESPONSIO GREGORII**

Hoc fieri modis omnibus licet nequaquam in sacris eloquiis inuenitur quod huic capitulo contradixisse uideatur.

### **XXXVIII. INTERROGATIO AGUSTINI**

Usque ad quotum generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari et nouercis et cognatis scilicet *{sic}* copulare coniugia. [f. 27v]

### **XXXVIII. RESPONSIO GREGORII**

Quaedem terrena lex in romana républica permittit ut siue fratri aut sorori seu duorum fratrum germanorum uel duarum sororum filios et filias misceantur sed experimento d[e]dicimus<sup>289</sup> ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare

---

<sup>287</sup> Another hand has added in the upper margin *omnino nihil faciat. Addis etiam quomodo ea quae furto de ecclesiis abstulerint reddere debeant. Sed absit ut ecclesia cum augmento recipiat.*

<sup>288</sup> Another hand has corrected to *generati*.

<sup>289</sup> Corrected (via erasure) to *didicimus*.

Michael D. Elliot, July, 2014 *Paenitentiale Umbrense+Libellus responsionum (Vienna 2195)*

Unde necesse est ut iam<sup>290</sup> tertia uel IIIa generatio fidelium licenter sibi coniungi debeat nam secunda quam praediximus á se omni modo. debet abstinere

Cum nouerca autem miscere graue est facinus quia et in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui non reuelabis {Lv 18:7} neque enim patris turpitudinem filius reuelare potest

Sed quia scriptum est. erunt duo in carne una {Gn 2:24}

Qui turpitudinem nouercae quae una caro cum patre fuit reuelare praesumpserit profecto patris turpitudinem reuelauit.

Cum cognata quo[d]q[uod]<sup>291</sup> miscere prohib[e]tum<sup>292</sup> est

Quia per coniunctionem priorem [f. 28r] caro fratris fuerat facta pro qua re etiam iohannes ba[b]tista<sup>293</sup> capite truncatus est et sancto martirio consummatus cui non est dictum ut christum negaret [\*\*]<sup>294</sup> pro christi confessione occisus est

